



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**VRBIS|| HIEROSOLIMÆ|| QVEMADMÖDVM EA CHRISTI||
tempore floruit, & suburbanorum eius brevis.||
descriptio.||**

**Adrichem, Christiaan van
Coloniae Agrippinae, 1585**

VD16 A 298

Loci Secvndae Civitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64394)

LOCI FILIAE SION 129

piè creditur Vnde & Christianorum
processiones ac crucis gressiones origi-
nem habere videntur.

124.

Progressus ad hoc triuium Chri-
stus, nimirum cruce grauatus ceci-
disse traditur. quam obrem mi-
lites ac Iudæi metuentes ne ante
crucifixionis executionem deficeret,
apprehenderunt è rure venientem Si-
monem quendam Cyrenæum, eum-
que ad portandum crucem post Iesum
coegerunt.

Mat. 27. d.

Mat. 15. b.

Luc. 23. e.

Breiden. 14

Iul. a.

Sal. 10. 8.

ca. 7.

Pasc. d. 208.

& 209.

TERTIA PARS VRBIS.

125.



SECUNDA CI-
VITAS. Hæc
tertia vrbis pars
est, quæ etiã mul-
tas vias habebat an-
gustas, cuius ali-
quoties in sacra
I Scriptu.

4. Reg. 22. c.

2 Par. 34. e.

Sophon. 1. c.

Hieron in 2

Par. 34.

136

LOCI SECUNDAE CIVITATIS.

Ios. 6. bel. 10

Scriptura fit mentio: in qua inter alios nonnulli habitabant prophetae & nobilitates. Hanc cum Romani occupassent, a seditiosis rursus urbe pulsaverunt.

LOCI SECUNDAE CIVITATIS.

126.

Ios. 6. bel. 12

AMYGDALON stagnum. iuxta quod Titus aggerem erexit.

127.

Act. 12. b.

DOMVS MARIAE, matris Ioniás Marci vnus ex septuaginta duobus discipulis Christi, in qua primitiuae Ecclesiae fideles conuenire & orare solebant. vbi etiam post Iacobi Apostoli cede Petro ab Herode Agrippa incarcerato, sine intermissione pro ipsius liberatione orabant. qui tandem noctu ab Angelo è carcere eductus, huiusque domus fores pulsans, ab ancillula in eam introductus est. Quo in loco

Sal. t. 8. c. 4.

infig.

LOCI SECUNDAE CIVITATIS. 131

in signis postea cōstructa est Ecclesia, quæ Græcorum Christianorum fuit prima. estque sedes Episcopalis, quam vsque hodie Syri tenent.

128.

DOMVS OLDAE prophētissæ, habitantis in Secunda, vxoris Sellum viri præclari ac nobilis, proauunculi Ieremiæ prophetæ: quæ consulta à Iosia rege, ei destructionem Ierusalem prædixit.

4. Re. 22. c.

2. Par. 34. e.

Hiero. ibid.

Ios. 10. Ant. 5

129.

EVRIP I. canales erant aquarū in sublime salientium, quibus aqua intra & circum Regiam Herodis domum ducebatur: atque cisternas vbique replebat.

Ios. 2. bel. 18.

& 6. bell. 6.

130.

FORVM MATERIARVM, id est, lignorum, quod Gestius incendit.

Ios. 2. bel. 24.

I 2

HA.

131.

Jerem. 35.

HABITACVLVM RE-
CHABITARVM. qui ex
patris sui præcepto religiosè
viuètes, agros aut vineas non
possidebant, & tanquam Mundi hu-
ius peregrini, non in domibus, sed ta-
bernaculis habitabant, à vino quoq;
mordicùs abstinebant. Quamob-
rem cùm belli necessitate in urbem
coacti, propinatum ipsis à Ieremia Dei
iussu vinum bibere nòllent; ipsorum
obedientiæ exemplo idem Propheta
pertinacem Iudæorù, Dei præceptum
negligentium, in obedientiam incre-
pauit: ideoque & his supplicium, illis
autem præmium prænuñciauit.

132.

Isai. 22. c.

LACVS, qui inter duos ciuitatis
muros situserat: de quo in Isaia
Prophetia mentio fit.

133.

*Iose. 6. bell.
9.*

MEDIA TVRRIS, quæ in
muro secundo erat.

MONV.

134.

MONUMENTVM ALEX-
ANDRI Iannæi Pontificis
atque Regis: in quo per cau-
tum quoddam ipsius confi-
lium, ex pharisæorum autotitate ma-
gnificè sepultus est.

*Iosep. 13. at.
21. & 6. bell
8.*

135.

MONUMENTVM IO-
ANNIS Hyrcani pontificis
ac ducis: cuius crebra in Iose-
pho mentio habetur.

*Iose. 6. bel. 7
8. 11. 12. & 7
bell. 5.*

136.

MVRVS SECUNDVS, qui
& medius, splendidissimis
portis cōspicius, & in quatu-
ordecim turres diuisus erat.
quem Ezechias rex reperavit, & fir-
miorem, altioremque fecit.

*2. Par. 32. a
Neem. 3. c.
12. c.
Iose. 6. bel. 6
8. 9. 10.*

137.

PALATIVM HERODIS
quod ab Herode Aſcalonita Iu-
deorum rege, qui innocentes occidit,

Iose. 6. bel. 6

ex vario & polito marmore, iuxta occidua vrbis mænia, à muro antiquo ad medium vsque murum ædificatū, auro atque argento exornatissimum, porta quoque ferrea, ac tribus excellentissimis turribus, Hippico, Mariamæ, & Phaselo, munitissimum erat: quæ magnitudine, firmitate, ac pulchritudine vniuersis, quæ toto Orbe visebantur, præstabant. Intrinsicus verò AVLA REGIA erat, quæ inenarrabili magnificentia emittens, tota ornatissimis turribus, cœnaculis, cubiculis, porticibus, deambulationibus, columnisque (quibus inclusum sub dio medium patebat spacium) vndique cingebatur. In hac Regia Christus Herodi Antipæ tetrarchæ Galilææ, interfectori Ioannis Baptistæ, præsentatus est, ab eodem multis sermonibus interrogatus, à Iudeis autem constanter accusatus. Que cum nihil respóderet, idem Herodes, totusque eius exercitus, eum spreuit & illudit: atque alba indutum veste, quasi dementem ac morionem, ad Pilatum remisit. Nunc verò Palatiū hoc schola est puerorū infidelium,

P O R.

*Act. 12. b.**Ios. 2. bel. 17**Luc. 23. b.**Breiden 14**Iul. a.*

138.

PORTA MEDIA secundi
muri. in qua, fractis muris exte-
rioribus, Regis Babyloniae prin-
cipes federunt,

*Iere. 39a. &
52 b.*

139.

STRATOPEDON. area e-
rat Regiam Herodis vnde qua-
que ambiens, vbi Regij milites
excubias agebant. In qua &
CARCER Regis extabat, cui nocen-
tes includebantur. in quo **D.** Petrus
ab Herode Agrippa rege, qui Iacô-
bum maiorem occiderat, catenis dua-
bus vinctus, & à quatuor quaternio-
nibus militum diligentissimè per
dies azymorum fuit asseruatus. atque
nocte, quæ diem occidendi præcede-
bat, ab Angelo Domini à vinculis so-
lutus, ab eodem per primam & secun-
dam custodiam, perque portam fer-
ream, quæ ducebat in ciuitatem, edu-
ctus est.

*Iosep. 2. bell.
17.*

Act. 12. a.

140.

*Iose. 6. bell.
12.***S**TRUTHIVM stagnum medi-
Sum. & hinc Titus aggerem extruxit.

141.

*Iose 6. bell.
5. 6. 7.***T**VRRIS HIPPICVS, quæ
quadrangularis in muro secun-
do super eminentem collem
fabricata erat, & octoginta
quinque cubitos alta, duplicique te-
cto conspicua, insigni robore ac soli-
dita. te excellebat. quam Herodes se-
nior ædificavit, & amici sui Hippici
in bello amissi nomine, Hippicum ap-
pellavit.

142.

*Iose. 15. ant.
9. & 1. bell.
17. & 6.
bell. 6.***T**VRRIS MARIAMME,
quæ quinquaginta quinque cu-
bitis alta, super excelsum anti-
qui muri collem mira pulchri-
tudine eminebat. quam Herodes in
memoriam Mariamme dilectissimæ
vxoꝝis suæ à se occisæ extruxit, ac eius
nomine Mariamme nominavit. &
quia Reginae feminae nomine appella-
ta erat, cæteris pulchrior, ornatioꝝra di-
uer-

uerforia sustinebat, sicut Hippicus & Phaselus, quæ virorum nominibus vocatæ sunt, hac munitiores fuerunt.

143.

TURRIS PHASELVS, quæ nonaginta cubitos alta, in ædificato muri antiqui loco, superne in pilæ modum facta, stupendæ magnitudinis & firmitatis munitissima erat. quam Herodes ad similitudinem Phari turris Alexandrinæ ædificauit, atque in honorem Phaseli fratris sui (qui à Parthis captus, cum nec ferri copiam, nec manus liberæ haberet, colliso ad saxum capite se ipsum occiderat) Phaselum vocauit. Cùm Titus Cæsar expugnatam Hierosolymam totam funditus subuertisset, prædictas tres turres, Hippicum, Mariamme, & Phaselum, ob ipsarum excellentiam, (sicut & supra memini) in monumentum integras reliquit, vt posteris indicarent, quàm munitam, quàmque gloriosam urbem Romanorum fortitudo expugnasset. quas postea ob iteratam Iudæorū rebellionem Adrianus Imperator diruit.

Iosep. 14. ant. 22. & 16. natiqu. 5. & 17. ant. 14. & 1. bell. 11. & 6. bell. 6. & 7. bel. 18

Sub. num. I.

144.

Iose. 6. bel. 6.

VIVARIUM. Herodis hortus erat, viridarijs silvisque amænissimus, ac altis euripis, cisternis & aquis irriguus. ubi varias veras, pisces, & aues continebat, & prolixas habebat ambulationes, ac circum latices multas turres mansuetarum columbarum.

145.

Iosep. 13. Æt.

15.

*Egesi. 1. hist.**Iudaic. 1.*

XENODOCHIVM. Hospitale pulicum erat, quod Hyrcanus Pötifex ex pecunia, quam è Davidis sepulcro protulerat, fundavit ac dotavit: ubi peregrini pauperes & infirmi recipiebantur & alebantur.

146.

Ios. 6. bel. 6.

XYSTVM. ampla in Herodis Palatio porticus erat, in qua athletæ per hiberna tempora ludis ac dimicationibus se exercebant.

QV A R.